Nobiliss.e et Ampl.e Domine.

Amantissimo Carminum tuorum libro Bivium

Nobilissime et Ampliss.e Domine.

Grave homini ingenuo certamen suscepisse[m] Vere-
=cundiae meae cum Benignitate tua; utrum illa ~~diu~~ saepius petere, an haec tribuere beneficium sustine-
=ret: nisi Tu is esses, qui dignitatis auctoritatisque fructum putares, bene mereri de iis qui te et doctrinam colunt. Audeo istuc iterum rogare Diploma Principale, in hanc aestatem, tuti per terri-
=torium Lovaniense, et vicina loca commeatus, mihi et famulo. Quia nuper mora erat in obtinendo libero ingressu in Campiniam, eam omitto. Satis enim est libertas ex urbico carcere evagandi per aperta; non tam negotia (minime sane publica) sequenti, quam innoxiam ruris oblectationem. Interim ut alia negotii tanto patrono rationem red-
=dam; ~~[illegible]~~ [illegible], otio ad occupationes littera-
rias dedicato: habeo sub prelo ~~[illegible]~~ qualecumque illius monimentum; quod mox et inter primos videbis.
Deum Op. Max. precor, Amplitudinem tuam sospitem et florentem praestet.

Cultui et Obsequio tuus
Diodorus Tuldenus.

Tantus mihi luminis, quantus tui cultor Puteanus [?] est proxima hebdomade. Et mox de Anagrammatismo edet librum, et mittet. Cum emblemata reddita à Wendelino tuo: Anagrammatismi tecum carminum, nova cupediarum arcana, sibi paradoxa sideralis scientiae conjecturaeque explicatio. Res est tuo isto ingenio dignissima.
Lov. 27. Mar. 1643.

Nob.mo et Ampl.mo Dom.

Viro aureis moribus praedito, et (ut Placet) aurum innatum possidenti, ideoque adventitium et vulgare aurum adspernanti, munusculum [illegible]

© British Library
Add MS 22953, f. 257
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3259